

Difficile est tibi carere ab his delicatis: graue est tibi  
despici/vilipendi et cetera. Veniat timor domini in cor tuum/  
respergat omnes huiusmodi rerum dulcedines qui-  
busdam amaritudinibus: proponens tibi et terrens  
te et ostendens: quod cito omnis mundana delectatio  
transit: quoniam magnam et inexplicabilem penam/  
pro qualibet inordinata delectatione: quamlibet mo-  
dica sis recepturus: quamque severa et terribiliter ad-  
ueniet iustus index/super his te puniturus. His et  
similibus/oporetur cor tuum amaricari ac timore peccati  
et terrore perturbari: et ita violenter a suis delectati-  
onibus donec earum obliuiscatur auelli. Itaque noli  
negligere ex huiusmodi et similibus meditationibus  
facere quoddam lixiuum: quod licet sit amarum: est  
tamen mirabiliter malorum humorum. id est co-  
piscientiarum purgatiuum: quo perungas seu laues  
omnem delectationem mundi/et facile eam respues  
et abominaberis/territus amaritudine qua eas per-  
unxisti. Ut autem hoc genus lixui quod ex timore  
compunctio appellatur: quotiens placuerit confice  
re possis. ecce modum describimus conficiendi.

**C**o**Q**uid copunctio quod ex timore nascit varie  
et diversimode in exercitio et meditatione  
potest assumi. **L**a. xvij.

**Q**uod punctio ex timore multipliciter nasci-  
tur. Primo cum quis peccata sua preteri-  
ta ad memoriam reducit: et quantum deum  
offenderit/quantaque penam meruerit: anxie recor-  
dat: et inde tremens ac timens amarissime lachrymat.  
Secundo cum quis defectus proprios: passiones ani-

me et desideria noria adhuc i se: et si no regnatis agit  
tantia amē et vexantia diligenter discutit: et q̄ taz  
parū in eis expugnādis p̄ficit eiulans et dolens re  
cordat. **T**ertio cū quis peccatorū meminerit q̄ post  
conuersionem suā ppetrauit que et si no sūt crimina  
lia/no tamen p ea dubitet deū offendī quotidie: et iō  
lugendo et timendo deplorat. **E**t de his trib⁹ dictū  
est supra de tribus discussionibus vel examinatiō  
bus. **Q**uarto cū homo cōsiderat q̄ iudicia dei sunt  
inscrutabilia: et nescit homo an sit dignus odio vel  
amore: et l̄ sciat se penituisse: nescit tamen: an solo ti  
more percussus: an ex ḡa infusa cōpunctus et cōtri  
tus: et ita totus horrore concutit nesciens et incert⁹  
quid b̄ eo fiet in futuro: an sit damnandus vel saluā  
dus. **Q**uinto cū homo breuitatē vite sue diligenter  
attēdit/ et se adhuc tā parū p̄fecisse intelligit/ et inde  
timore succendit et intus cōpunctiōe irroratur.  
**S**exto cū districti examinis et futuri iūcū memi  
nit/ quo iudex vnicuiq̄ iuxta opera sua redditur⁹ ad  
uenient: vnde peccata sua agnoscens expauescit.  
**S**eptimo cū hō magnitudinē et multitudinē pena  
rū infernaliū ptractat/ et cū se his dignū esse cognō  
uerit vel cogitauerit/ multū incipit lugere et timere.  
**B**e utilitate cōpunctiōis et quomodo  
cor purificat. **L**a. xvii.

**D**Ec si in corde tuo studiose ruminaueris et ex  
sistis vel eoz aliquo⁹ frequēt cor tuū repleue  
ris/ oīa dulcia fiēt amara: tūc trāit mūd⁹ a  
corde tuo et cōcupiscentia el⁹: s et cōcupiscentia car⁹